



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

26. Episcopus dispensat male ablata, restituenda, erogandaq[ue]
pauperibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

quetur quando commissarius viuens exequi non
 vult neq; eligere: quoniam episcopus vel com-
 missarius legitimus exequetur: ar. l. 1. C. de in-
 sti. & substi. sub conditione factis. & l. Titius.
 ff. de condi. & demon. Et si non coget ipsum
 arbitrari vel declarari, quos pauperes eligat:
 sed per se declarabit aut permittet legatum de-
 ficere. Albertus tamen Papi. quem refert Spe.
 in. s. nunc aliqua. ver. quid si ille. 8. & vers.
 sed an cogi, 9. tenet, quod imò episcopus nō exe-
 quetur. sed coget remedijs pretorijs. s. captis pi-
 gnoribus, & mulctis impositis ipsum comissa-
 rium dicere voluntatem suam, & eligere: vt
 l. certum 1. responso. ff. de confessis. & l. 1. s. ex
 hoc. ff. de ventre inspiciendo. & hoc, ne le-
 gatum deficiat: ar. ff. de arbit. l. labeo. & d.
 l. 1. C. de institut. & substitut. sub conditio-
 ne fac. & l. Titius. ff. de condit. & demon.
 & ita tenuit Ioan. Blancus & Ioan. And. in
 addi. Spec.

26 † Duodecimò, do. episcopus dispensabit malè
 ablata restituenda in pauperes: ut l. id, quod pau-
 peribus C. de epis. & cle. & c. cum tu. de vsu-
 ris & ista fuit opi. Host. quam tenet Io. An. in
 c. fi.

c. fi. 5. 1. de testa li. 6. dicens æquum sibi videri,
 quod episcopus sibi reseruaret absolutionē &
 dispensationem in tali casu. Et ratio est, quia
 cuique aliàs facile foret euitare onus restitu-
 tionis, dicendo se soluisse. Item, quia pauper
 recipiens donarium, confiteretur recepisse so-
 lidum, vel aureum: vel recipiens 10. denari-
 os, confiteretur. 10. libras. Item, quia quisque
 seipsum absolueret à peccato. & eandem opi.
 tenet mag. Gerard. Heremitanus per rationes
 impugnabiles: vt refert. Fed. de Se. consi. 38.
 & Lap. in cle. 1. de peni. & remis. quando
 esset de hoc consuetudo: quæ etiam per se sola
 sufficeret. Pro ista opi. inducitur c. cum sit.
 de Iudæis. vbi Iudæi non possunt erogare bo-
 na incerta: sed illud est speciale: quia Iudæ-
 us ab hoc videtur esse suspensus, sed secus
 forte in alio. Item, inducebatur. 1. q. 1. c. non
 est putanda. † vbi dicitur, quisquis non de- 27
 bet rapinam facere, vt inde faciat eleemo-
 synam. sed hoc concludit, secundum Vgo. ibi.
 Arch. tamen in c. fi. 5. 1. de test. li. 6 & 14. q.
 5. non sane tenet, quod idem testator posset illa
 K 2 erogare